



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae**

**Diertins, Joseph**

**Solisbaci, 1708**

Med. 19. Ejusdem Myst. punct. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](#)

## MEDITATIO XIX.

*De Apparitione septimâ. Joan. 20.  
Myst. punct. 3.*

**C**ONG. Nos ipsos ad amorem Christi redivivi  
excitare.

PRÆL. I. Quomodo Thomas agnoverit Christum, & crediderit.

PRÆL. II. Mente intueri locum illum clausum.

PRÆL. III. Petere gratiam cum Thomâ con-  
jungendi affectus nostros erga Christum.

**P**UNCTUM I. PERSONÆ. MEM. Intueamur Christum apparentem Thomæ.

INTEL. Contemplemur quinque vulnera, in quibus haud dubiè aliquid gloriæ emicabat, erantque signa ac testimonia certa & clara, divini amoris & misericordiæ in Thomam, & in omnes homines. REFL. Applicemus etiam illa vulnera, tamquam nostrâ causâ & pro nostrâ redēctione suscepta.

VOL. Provoluti antè Imaginem Crucifixi, dicamus ea, quæ affectus suggesteret.

**P**UNCTUM II. VERBA. MEM. Thomas exclamavit : *Dominus meus, & Deus meus!* Joan. 20.

INTEL. Thomas commotus, & quodammodo liquefactus ex aspectu & tactu vulnerum Christi, pro & affectus vehementiâ, non potuit nisi illa duo verba proferre : quæ sexcentis studiosè quæsitis verbis

verbis æquivalent, & prævalent. Nam sensus plurimos, & profundissimos continent. REFL. Nos verò verba illa scrutemur, & inveniemus in iis late-re, quidquid in Fundamento, in Hebdomade prima, in Contemplationibus Regni Christi, de 2. vexillis, aliisque meditati sumus.

VOL. Igitur pleni affectibus præcedentium meditationum, exclamemus pariter cum Thomâ: *Dominus meus, & Deus meus!*

**P**UNCTUM. III. OPERA. MEM. Subintulit Christus: *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Joan. 20.

INTEL. Ex his verbis ratiocinemur Christum tamquam amantissimum Medicum, ita voluisse sanitatem Thomæ reddere, ut medicina & operatio sua etiam aliis incredulitate laborantibus profeffet. REFL. Concludamus igitur, quod nobis quoque debeat prodeſſe; Sed discamus simul, quod in vita Apostolicâ, bonum universale debeamus præferre particuliari, & curare, ut remedia, quæ proximo impendimus, in quamplurimos redundant; hoc S. P. Noster variis modis nobis inculcat.

VOL. Omni studio conemur intelligere, & adhibere modos duos eligendi, ut negotia omnia cum maximo, qui haberi paterit, fructu ordinemus.

COLLOQ. Quibus oremus, ut Deus dignetur mentem instruere, & impellere voluntatem, quoniamque potius nobis tendendum sit.

RECOLLECTIO.

CC 3

ME.